



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ex Nouo Testamento Quatuor Eua[n]=||gelia

Erasmus, Desiderius

Erphordie, 1520

VD16 B 4591

Capvt. XII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34488

SECUNDVM.

ab hac natione. Væ vobis legisperitis, q̄a tulistis clauē scientiæ,
ipsi nō introistis, & eos qui introibant, vetuistis. Cū aut̄ hæc ad il-
los diceret, cœperunt legisperiti & pharisæi grauit̄ insistere, &
captiose interrogare eum de multis, insidiantes ei. & quærentes
aliquid venari ex ore eius, quo accusarent eum.

¶ CAPVT. XII.

¶ Vm aut̄ cōuenisset innumera turbæ multitudo adeo
e vt se inuicē conculcarent, cœpit dicere ad discipulos
suos, primū, caute vobis ipsi a fermēto pharisæo
quod est hypocrisis. Nihil em̄ opertū est, quod non reuelabitur:
neq̄ absconditū, quod non scietur. Quoniā quæ in tenebris dixi-
stis, in lumīe audient, & quod in aurē locuti estis in conclauibus,
prædicabit̄ in tectis. Dico aut̄ vobis amicis meis. Ne terreamini
ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent quod ampli-
us faciāt. Offendā aut̄ vobis quæ timeatis. Time eū, qui postq̄
occiderit, habet potestātē coniiciendi in gehennā, certe dico vo-
bis, hunc time. Nonne quinq̄ passeruli veniunt minutis assi-
bus duobus, & vnus ex illis non est in obliuione corā deo. Quin-
& capilli capitis vestri oēs nūerati sunt, nolite ergo timere, mitis
passeribus pluris estis. Dico aut̄ vobis, om̄is quicunq̄ confessus
fuerit me corā hoibus, & fili⁹ hoīs confitebit̄ illū corā angelis
dei. Qui aut̄ negauerit me corā hoīb⁹, negabit̄ corā angelis dei.
Et quisquis loquit̄ dictū in filiū hoīs, remitte eū illi, ei vero qui in
spiritū sanctū conuiciū dixerit, non remitte eū: Cū aut̄ adduxerint
vos ad synagogas, & ad magistratus ac potestates, nolite solliciti

esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis, spūs em̄ san-
ctus docebit vos in eadē hora, qd̄ oporteat vos dicere. Ait autem
ei qd̄ de turba; Magister, dic fratri meo, vt diuidat mecum herē-
ditatē. At ille dixit ei; Hō, q̄s me cōstituit iudicē aut diuisorē sup-
vos? Dixitq̄ ad illos, videte & caute ab avaritia, q̄a non in abun-
dantia cuiusq̄ vita eius est ex his quæ possidet. Dixit autē simili-
tudinē ad illos, dicens; Homis cuiusdā diuitis vberes fructus ager
attulit, & cogitabat intra se, dicens: Quid faciā, quod nō habeā q̄
congregē fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: Destruā horrea
mea, & maiora extruam, & illuc congregabo oīa quæ nata sunt
mihī bona mea, & dicā aīa meę. Aīa habes multa bona reposita
in annos mltos, req̄esce, comede, bibe, gaude. Dixit autē illi deus:
Stulte ac nocte aīam tuam repetunt abs te. Quæ vero parasti, cui
redēt? Sic qui recondit sibi, nec est erga deū diues. Dixitq̄ ad di-
scipulos suos: Ideo dico vobis: Nolite solliciti esse aīaē v̄ræ, quid
edatis, neq̄ corpi qd̄ induamini. Aīa pl̄ est quā esca, & corpus
plus q̄ indumentū. Cōsiderate coruos, q̄a nō seminant, neq̄ me-
tunt, q̄bus nō est penuariū, neq̄ horreū, & de⁹ pascit illos. Quan-
to magis vos præstatīs volucris? Quis autē vestrū sollicitudi-
ne sua potest adiungere ad staturā suam cubitū vnū? Si ergo ne id
qd̄dem qd̄ minimū est potestis, quid de cæteris solliciti estis? Cōsy-
derate lilia quomodo crescunt, non laborant neq̄ nent. dico autē
vobis, nec Salomon in oī gloria sua vestiebat sicut vnū ex istis.
Si autē gramē qd̄ hodie est in agro, & cras in clibanū mittit̄, deus
sic vestit, quanto magis vos vestiet o parū fidentes? Et vos nolite

SECUNDVM.

querere quod esuri sitis, aut quid bibituri, & nolite in sublime tolli, hæc enim omnia gentes mundi querunt, pater autem vester scit quod istis indigeatis. Quin potius querite regnum dei, & hæc omnia adhaerent vobis. Noli timere pusille grex, quia complacitum est patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynam. Parate vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non accedit, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Sint lumbi vestri praecincti & lucernæ accensæ, & vos similes hominibus, expectantibus dominum suum quando reuertatur a nuptiis: ut cum venerit ac pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenit vigilantes: amen dico vobis, quod praecinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, atque ita inuenit, beati sunt serui illi. Hoc autem scitote, quod si scisset paterfamilias quæ hora fur venturus fuisset, vigilasset utique, nec passus fuisset perfodi domum suam. Et vos igitur estote parati, quia quæ hora non putatis, filius hominis veniet. Ait autem ei Petrus: Domine ad nos dicis istam parabolam, an etiam ad omnes? Dixit autem dominus: Quisnam est fidelis dispensator ac prudens, quem constituet dominus super famulatum suum, ut det illis in tempore demensum cibum? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus, inuenit ita facientem, vere dico vobis, quod omnibus quæ possidet, praeficiet illum, Quod si dixerit seruus ille in corde suo, differt dominus meus reditum, coeperitque percutere te seruos & ancillas, & edere bibereque & inebriari, veniet dominus serui illius in die quo non sperat, & hora qua

LVCAM. FO. LXXVIII.

nescit, & dissecabit eū, partēq; eius cū infidis ponet. Ille autē seru⁹
 qui cognouit voluntatē dñi sui, & nō se pręparauit, nec fecit se/
 cundū voluntatē eius, plagis vapulabit multis. qui autē non cog/
 nouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis. Porro cuiuscūq; mul/
 tum datum est, multum queretur ab eo, & cui cōmendauerunt
 multū, plus petent ab eo. Ignem veni missurus in terram, & quid
 volo, si iam accensus est? Sed baptismo habeo baptizari, & quo/
 modo coartor, donec perficiatur? Putatis quod pacem venerim
 missurus in terrā? Non dico vobis, immo separationem. Erunt
 enim ex hoc quinq; in domo vna diuisi, tres aduersus duos, &
 duo contra tres, diuidet pater aduersus filiū, & filius aduersus pa/
 trē, mater aduersus filiā, & filia aduersus matrē, socrus aduersus
 nurū suā, & nur⁹ aduersus socrū suā. Dicebat autē et ad turbas. Cū
 videritis nubē orientē ab occasu, statim dicitis, humber venit, &
 ita fit, & cum austrum flantē, dicitis, quod æstus erit, & fit. Hypo/
 critæ, faciē cœli & terræ nostis probare, hoc autē tempus qui fit
 vt non probetis? cur autē & ex vobis ipsis non iudicatis quod iu/
 stum est? Cū enī vadis cum aduersario tuo ad magistratū in via,
 da operā vt libereris ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicē, & iu/
 dex tradat te exactori, & exactor conijciat te in carcerē. Dico ti/
 bi non exhibis inde, donec vltimū etiā minutum reddas.

¶ CAPVT. XIII.

Derant autē quidā eodem in tpe nunciantes illi de Ga/
 lilæis, quorū sanguinē Pilatus miscuerat cum sacrifi/
 cijs ipsorum. Et respondēs Iesus, dixit illis: Putatis

Q ij